

gere, siccare, excreſcentia conſumere, ulcera ſerpentia, & quæ cacoethe vocant ad cicatricem perducere. Suppurationeſterebinthina, aut cerato exceptum diſcutit.

Diphrygis genus illud, quod perfecti aris quaſi ſubſidens fax eſt, poſt frigida aqua oſuſionem, ut Dioſcorides inquit, ſepe ac ſepius vidimus in arariis ſornacibus, Tridentino agro, & comitatu Tirolenſi, ac inde etiam nobiſcum deſulim. Sed quod è luto in Cypro illo ſpecu foditur, uriturq; ſarmentis: quod item è pyrite lapide calcis modo exuſto conſtat: quod denum ex ſola aris materia ſit, cum in areis aſſatur, & ſcrobis translata perurit, hæcenus mihi videre non licuit: nec eorum, quod ſciam, ſpeciatiim meminit Galeus, qui l. 9. ſimpl. med. de Diphryge in hunc modum diſſeruit. Diphryges miſtam habet tum qualitatē, tum facultatē: habet enim in ſeſe quiddam & mediocriter adſtringens, & mediocriter acre: quamobrem ulcerum rebellium optimum medicamentum eſt. Convexi autem & huius medicamenti vim ingentem ex Cypro Solis, ubi met allum ab urbe abeſt quaſi triginta ſtadiis. Projeclum erat enim in medio ſpatio ædium, qua ante metallum extructa erant, & vici, qui ei ſubjacet. Cæterum præſectus, ac procurator met alli, id quod poſt eadmiā reperiretur, eſſe dicebat inutile, itaq; abjici, non ſecus atq; uſtorum in focolignorum cinerem. Verum hoc mihi ad multa utile factum eſt medicamentum, tum ad putreſcentia oris ulcera, ſive per ſe, ſive cum melle, cui detracta ſit ſpuma, tum ad anginam, videlicet ubi jam per adſtringentium medicaminum auxilium conſtitit, quod inſuebat. Præterea columellam ubi præſecuiſſem, ipſo ſolo, & ſtatim, & uſq; ad cicatricem ſum uſus: ac frequenter exacte ocluſam efficit cicatricem tum huius particula, tum omnium adeo exulceratorum: ſic in ulceribus omnibus pudendorum, atq; ani. Uſus autem ſimilis eſt in oris ulceribus: ſiquidem ea partes eiſdem ſerè medicamentis gaudent, nimirum calida ſimiliter, & humida. Et libro 4. de compoſitione medicamentorum ſecundum genera ſic inquit: Porro Diphryges appellatum pharmacum ulceribus ægrè humiditatis vitio ad cicatricem venientibus aptiſſimum eſt: valde namq; ſiccatur, eſt modicè mordeat. Enimvero id quoq; præter acrem tum qualitatē, tum potèſtatem vim habet adſtrictoriam. Quod Græcis διφρυγες, Latinis item Diphryges: Arabibus Diphrygis, Italiſ Diphryge nominatur.

Auripigmentum.

AURIPIGMENTUM.

CAP. LXXX.

Auripigmentum in eiſdem metallis, quibus ſandaracha, gignitur. Optimum exiſtimatur cruſtoſum, aureo colore micans, nulli materiæ permiſtum, in ſquamas fiſſile: quale in Myſia Helieſponti naſcitur. Huius duo genera fluxerunt: unum ſuprà dictum eſt. Alterum glandis effigie, pallidum, colore ſandaracham imitans, gleboſum ex Ponto, & Cappadocia deſertur: quod etiam ſecundum locum tenet. Torretur in teſta nova, vivis carbonibus ſubjectis, aſſiduoq; verſatur, donec igne flagret, & mutet colorem: deinde refrigeratum, tritumq; reconditur. Vim habet adſtrictoriam, & erodentem. Cruſtas cum vehementi uredine, & violento morſu excitat: reſtimit quæ excreſcunt, & capillos evellit.

Sandarach.

SANDARACHA.

CAP. LXXXI.

Sandaracha probatur ruſa, & a ſaturatior, & aliena materia vacans, friabilis, cinnabaris colore, ſulphuris virus redolens. Dos eadem, & uſtio, quæ auripigmento. Explet alopecias, reſina excepta: & ſcabros ungues cum pice eximit: contra phthiriasin ex oleo efficax eſt: tubercula cum adipe diſcutit. Prodeſt ad narium, orisq; ulcera, & cæteras papularum eruptiones cum roſaceo: item condylomata. Datur ex mulſo, purulenta extuſſientibus: ſufficitur quoq; cum reſina, ad verſus veterem tuſſim, rapto per fiſtulam nidore: vocem expedit cum melle delincta: ſuſpirioſis cum reſina in catapotio optime datur.

Auripigmenti, & Sandarachæ conſid.

Auripigmentum, & Sandarachæ, medicamenta ſunt ejuſdem tum generis, tum facultatis, nec inter ſe in alio diſſerunt, quàm quod alterum magis alterum verò minus excoctum fuerit in terra viſceribus, ubi gignuntur. Unde etiam ſequitur, quod alterum altero tantum virium tenuitate præſtet. Quandoquidem nil aliud eſt ſandaracha, quàm auripigmentum, quod majori natura coctione colorem rubrum contraxit, & tenuius effectum eſt. Id quod periculo arie factio verum deprehenditur: quippe ſi ſiſſile, vel vitreo vaſe uratur auripigmentum, ſubſtratu candentibus prunis brevi (ut mihi pluries experientia compertum eſt) inflammatur, & ſummè rubentem contrahit colorem, perinde ac ſandaracha: eoq; magis, quò plus caloriſici ignis arte fuerit expertum, quàm ipſa ſandaracha natura vi fuerit aſſecuta. Sandaracham ſummè rubentem vidimus primum Venetiis in officiis, ubi auripigmentum, & cæteri venenunt colores pictoribus expetiri. Veruntamen animadvertendum eſt (ut ſuperius libro primo diximus) quod hæc illa vulgaris Sandarachæ non eſt, quàm Vernicem ſcriptoriæ officina appellant: ſiquidem nil aliud hæc eſt, quàm gummi juniperi. Errorem autem fecere neoterici illi, qui Mauritanorum nomina ſecuti (in enim gummi juniperinum ſandarach dictum) idem gummi ſandaracham nominaverunt: ita nomina turpiter conſundentes, ubi imperiti ſape graviter in rebus ipſis errandi præbeant occaſionem. Quamobrem ubi in Arabum monumentis, vel eorum, qui Arabicam ſactionem in omnibus ſequuntur, medicamentum aliquod receptum fuerit, quod Sandaracham excipiat, de juniperi gummi perpetuo intelligendum erit: ubi verò id in Græcis codicibus inventum fuerit, ea quidem ſine controverſia erit aſſumenda, de qua hic diſſeruit Dioſcorides. Vocaverunt præterea recentiorum nonnulli Sandaracham quoq; Sandicem, quàm è combuſta ceruſſa conſciunt, quod ſort aſſe hæc colore admodum ruſceſcat. Sed hæc ab illa (ut ſuprà regulimus, cum de ceruſſa ſermonem haberemus) viribus, & qualitatibus plurimum diſſidet. Eſt & Sandarachæ ceragiſi mellis genus, ſi Plinio credimus, qui l. 11. c. 7. ejus meminit. Cæterum illud non eſt ſilentio prætereundum, quod Arſenicum officiis cryſtallinum vocatum, ideo quod cryſtalli modo pelluceat, non ſit per ſeſe, nec ſponte naſcitur in Auripigmenti fodinis, ut ſcribit Vannocius civis meus in ſua pyrotechnia, qui nos aliàs ejus ſidem ſecutos, in hunc ſuum errorem deduxerat, ſed arte ex auripigmenti ſcobe admiſto ſale: id quod maxime reſtat Georgius Agricola acerrimus ſoſilium indagator, & non ex Realgar, ita Sadacenſi chimico, appellato. Sumunt enim artiſces auripigmenti ſcobem, & cum pari ſalu pondere miſcent, teruntq; ſimul, & ſubinde operculati ſiſſilibus huic operi inſervientibus, ignem vi tam diu coquunt, quouſq; id omne in ſublime feratur, & operculo adhareat, concreſcatq; in lapidem: idq; toties repetunt, donec adeo purum efficiatur, ut cryſtallum referat. Auripigmenti vires reddidit Gal. lib. 9. ſimpl. medicamentorum ſic inquit. Arſenicum, ſive arſenicum facultatis eſt cauſtica, ſive urentis, idq; tam combuſtum, quàm uſtionis expers. Cæterum id conſtat uſtione reddi tenuiorum partium. Utuntur porro co, cum adurente ad denudandam

Auripigmenti, & Sandarachæ vires ex Gal.

Auripigmenti, & Sandarachæ vires ex Gal.

pili

pilis partem quamvis. Verum si diutius inhaereat, nec cuti etiam ipsi parceret. Idem de sandaracha eodem libro scribens, inquit: Sandaracha, urentis est facultatis, seu arsenicum quod vocant. Merito itaq; eam digerentibus facultatibus commiscet, atq; exter gentibus. Metallicum, quod Græci ἀρσενικόν & ἀρσενικόν, Latini Arsenicum, Arrhenicum & Auripigmentum vocant: Mauritan, Harneth, seu Zarnich: Itali, Orpimento: Germani, Auripigment/ & Operment: Hispani, Oropimente. Quæ verò σανδαράχη Græcè, Sandaracha Latine pariter & Italicè vocatur: Arabice non secus atq; auripigmentum, Harnet & Zarnich.

ἄλυσμα.

ALUMEN.

CAP. LXXXII.

- 10** **A**luminis omne ferè genus in Ægypto: & in eisdem metallis invenitur: etenim scissile quoddam quasi flos glebosi intelligitur. Gignitur & in aliis quibusdam locis, in Melo, in Macedonia, in Liparis, Sardinia, Hierapoli Phrygiæ, Aphrica, Armenia, & plerisq; aliis regionibus, sicut & rubrica. Plurimè ejus species: verum ad medendi usum scissile, rotundum & liquidum expetuntur. Optimum est scissile, præsertim recens, candidissimum, gustu perquam adstringens, grave olens, calculorum expers, nec glebulosè aut assulosè compactum, sed figillatim in capillamenta quædam canescentia dehiscens: quale est, quod tri chites, quasi capillare nominatur, in Ægypto natum. Reperitur quoq; lapis huic alumini persimilis, qui gustu judicio dignoscitur, quod non adstringat. Damnatur in rotundi genere, quod manu confectum est: sed ex figura deprehenditur. Assumendum autem suapte natura rotundum, bullis turgens, albè propius, atq; validius adstringens, præterea nonnihil palloris cum quadam pinguitudine præ se ferens, sine arenis friabile, natione Ægyptiū, aut ex insula Melo. Liquidi probatio, ut sit limpidus, lacteum, æquale, & semper succo madens, sine lapidibus, atque a quendam coloris igniculum expirans. Vim habet excalfaciendi, stringendi, & expurgandi, quæ caliginem pupillis oculorum offundunt: genarum carnem, cæterasq; excrescentias extenuant. Scissile rotundo efficacius intelligitur. Uri, & torreretur chalcididis modo debent. Putrescentia ulcera compefcunt: sanguinis fluxiones inhibent: gingivas humore prægnantes comprimunt: motus dentium cum aceto, & melle firmant. Profunt cum melle ulceribus oris, exruptionibus papularum, & fluxionibus aurium cum sanguinalis herbæ succo. Lepris conveniunt cum Brassicæ foliis, aut melle cocta: item pruriti, & unguium scabritiis, prerygiis, & pernioni- bus, aspersa cum aqua. Valent cum aceti facie, & galla, pari pondere cremata, ad phagedænas ulcerum: & cum salis duabus partibus ad vitia quæ pascunt: furfures, cum ervo, & pice illita abstergunt: ad le- des, pediculos, ambusta, cum aqua illita auxilio sunt. Contra tumores, & grave alarum, inguinumq; vi- rus illinuntur. Ex Melo autem advectum, mulieribus præstat ne concipiant, ante coitum ori vulvæ in- ditum: partus quoq; extrahit: gingivis, si caro excrevit, uvis ac tonsillis accommodantur: ori, auribus, & verendis, cum melle illinuntur.

- T**amet si scripserit Dioscorides plurima esse Aluminis genera, non tamen plura, quam tria hoc loco statuit recensenda, nempe scissile, rotundum, & liquidum: quod sortasus suo tempore iis tantum uterentur medici. Verum amen hac at- te officina complura habent genera, quamvis rotundo, & liquido careant: nimirum Rupeum, quod vulgò vocant alume di- rocca: quamvis, quod vulgò dicunt Alume scagliolo: item è vini face cōfectum: necnon illud, Catinum iisdem vocatum: quibus accedit, quod plumeum appellant, quod tamen legitimum scissile non est, etsi jamdudum cum cæteris rei metallicæ studiosis crediderim scissile alumen nil aliud esse, quam quod vulgò officinis vocatur Alume di piuma. Sed hoc ut postea di- cetur) nil aliud nunc esse censemus, quam lapidem amiantum: quod gustu non sit adstringenti, sed acri, quodq; igne nun- quam comburatur, quod est amiantum lapidis proprium. Legitimum alumen scissile Pisis misit ad me hoc anno clarissimus medicus Lucas Ghinus, notu omnibus refertum, quas illi reddidit Dioscorides, & gustu admodum adstringens. Quo postea factum est, ut diligentius exploratus plumei aluminis tum notus, tum qualitatibus, facile deprehenderim plumeum hoc non esse scissile. Cæterum Brasavolus de alumine differens in suo simpl. medic. examine, nil aliud liquidum esse contendit, quam rupeum. Sed ab eo, licet viro eruditissimo, variat opinio nostra. Nam quod ego in Alumeris Pontificis maximi in Romano agro prope Tolsam per biennium moram duxerim, eo nimirum tempore, quo Augustinus Chisius opulentissimus mercator civis meus, illas aluminis fodinas à Pontifice emerat, ampla sanè mihi fuit facultas tum videndi, tum etiam di- scendi quo artificio, quæ ratione, rupeum constaretur alumen. Quamobrem facile testari possum rupei aluminis mate- riam liquidam, fluxilemq; non reperiri, sed lapideam: quinetiam non exponi astivis solibus exiccandam, ut putat Bra- savolus, quod sic (ut ipse inquit) scripserit Plinius liquidum fieri, & addensari. In eodem Brasavoli errore versatur etiam Fuchsius medicus alioqui eruditissimus, quippe qui putat lib. de compositione med. Alumen liquidum esse illud, quod offi- cinis rupeum, vel rocca vocatur. Fit itaq; rupeum alumen ex durissimo quodam lapide, ejus duo observavimus genera: alterum durius, & rufescens: alterum verò mitius, & candicans. Quod autem è candido sit lapide, albedinem servat, & crystalli instar translucens conspicitur. Alterum verò contra rufescit, & majore acrimonia pollet, visiturq; sordidius, & cry- stallos in se recipit. Expetitur candidum sericeorum staminum insectoribus: item iis, qui præstantiora lanarum vellera coccineo colore tingunt, quod altero nitidius, minusq; acre habeatur. Foditur aluminis lapis è rupe quadam, aperto undiq; cælo, non autem in con- cameratis cuniculis. Ingens ibi fossoriam caterva perpetuò commoratur, qui partim micronatis ligonibus ex validissimo chalybe temperatis, partim ferreis malleis, ipsiq; ingentibus, partim acutissimis calis cuneisq; hunc lapidem frangunt, lace- rant, scindunt, conterunt, ac diducunt, ea demum ratione, qua lapicida operantur in ingentibus lapidum, marmorumq; fodinis, quæ ad magna effodiuntur adificia. Transferuntur deinde confracti lapides in fornaces calcarius similes, ubi vali- dissimis ignibus, eo sanè modo, quo calx, nocturno præsertim tempore inurantur duodecim, aut ad summum quatuor de- cimus horarum spatia: quippe si diutius urerentur, cuncta aluminis materia inaresceret. Postquam autem refrixerint, plau- stris in amplissimas areas sub dio, & solibus eos comportant, ibiq; in planos componunt acervos, hororum toris persimiles, sed longè, lateq; grandiores, latiore fundamento, quam vertice. Compositis igitur hoc modo in areis acervis, aquam quæ utrinq; continue excurrit, in lapidum acervos mittunt, quibusdam excavatis instrumentis, è ligno constatis, iis perquam similibus, quibus nautæ suis è scaphis aquam eximunt: id tribus, aut quatuor vicibus quotidie repetentes, donec diuturna aquæ affusione, perusti lapides usq; adeo macerentur, ut in terram quandam lentore madide argilla similes permuten- tur: quod tamen non fit, nisi aqua perluantur, ad trigesimum sextum, aut quadragesimum usq; diem. Excavant præterea ligonibus

Nomina.

a Oris, rugosus, non ru- gosus, le- git. i. ca- lei odorè spiritans.

Aluminū confid.

Alumen plumosū est ami- tum.

Brasavoli opinio reproba- ta: item Fuchsi error.

Aluminis rupei fa- ratiō.

ligonibus terram hanc, & ad fornaces cortinasque, quas caldarias vocant, curribus item convehunt. Sunt autem caldaria sic dicta cortina admodum capaces, & super amplissimum aneum fundum parina instar, supposita fornacem prius exstructam undique operientem, ex lateribus, & calce fabricata, & crusta quadam pertinaci undique circumlita. Huius itaque aqua replent, aqua ductibus eadem deducta: deinde in subsidentem fornacem, validissimum succendunt ignem, ut demissa serveat aqua. Hoc cum factum fuerit, comportatam ex arcu terram in ferventem aqua alveum conjiciunt. Astant utrinque huius robustissimi artifices, qui veluti remigantes, magnis quibusdam ligneis instrumentis (pallas vocant) continuo immixtam terram aqua commiscunt, quousque aqua omnem aluminis materiam in se conceperit. Subinde terra recrementum instrumentis jam dictis trahunt ex alvei fundo, per propinquam ibi fenestram in quandam aqua rivulum projiciunt alio deducendum. Quo facto iterum novam superindunt terram, modo quo diximus commiscunt, & recrementum auferentes, quod tam diu prosequuntur, quousque intelligant aquam tantum aluminis materia sibi ascivisse, quantum satis fuerit. Demum parumper quiescere dimittunt, ut si quid recrementi sit, in imum descendat. Mox calentem aquam alumine refertam extrahunt, & suis aquaductibus ad id paratam in magnas quasdam capsas ex querna materie factas transferunt. Ibi enim octo dierum termino alumen conficitur interius parietibus inhaerens, adamantinum mucronibus simile, & crystalli instar pellucidum, ad quatuor, aut quinque, digitorum crassitiam. Alumine porro ita concreto, lixivii reliquum (sic enim vocant decoctum) a quo secessit alumen, iisdem aqua ductibus in capsis illis eximentes, ad caldarias ita eum vocatas, remittunt, id scilicet, quod clarum defecatumque sit: nam turbidum, & recrementitium, apertis foraminibus in receptaculi fundo, tanquam inutile per rivulum deferri, & delabi sinunt. Post hac aluminosum recrementum, quod minutis particulis granorum tritici instar ad fundum resedit, ad cortinas illas magnas iterum discoquendum comportant. Demum capse fundo scopis omni ex latere mundato, quibusdam ferreis, ligneisque instrumentis concretum in parietibus alumen diducunt diductumque, eximunt, & exemptum in vimineas fscellas conjiciunt, & in quodam aqua alveo lavant, fscellam in aquam demersis. Eximunt postea, & aqua excolata in acervum domibus asservant, salis modo. Ex his itaque omnibus apertissimè cognosci potest, rupeum alumen nullam habere cum liquido cognationem. Quandoquidem asserit Plinius lib. 35. cap. 15. fieri liquidum ex aqua limo, hoc est terra exudantis natura: corrivatum hyeme, astrictu solibus maturari probati autem quod limpidum lacteumque sit, sine offensu fricantium, cum quodam igniculo caloris. Si vero adulteratum sit, deprehendas succo mali punici: quod si necerum ea mixtura nigrescat. Sed hac non inveniuntur in rupeo, ut quod magis glaciem, crystallumque, referat, quam lac: fiat item ex durissimo lapide, non ex limo: nec affuso punici succo nigrescat, sed longè magis pelluceat. Hinc igitur fit ut non modò a Brasavolo dissentiam, & a Fuchio viris aliqui citra controversiam doctissimis: verum etiam a Cornario, quod & ipse in commentariis in Galeni libros de compositione medicamentorum secundum locos, Brasavolum fortasse secutus, scripserit. Rupeum alumen, quod vulgò vocant Alume di rocca, esse liquidum Græcis vocatum. Verum enim verò liquidum Alumen, quoniam & seibile, rotundum, placites, & plinthites nuper ad me misit Bartolomæus Maranta Apulius, medicus apud me eruditus, & medicæ materie studiosus, atque diligentissimus inquisitor, qui ex sese Putolis Campaniæ jam pridem hac omnia aluminum genera comperit, quæ sanè nullis, nisi me fallit iudicium, notis à legitimis distant. Huic ergo viro eorum aluminum cognitionem libentissimè acceptam refero, & quas possum ago gratias. Scio tamen in ingentes debere, qui, ut ipse, sua inventa cum aliis quoque, communicare non gravantur. Liquidum item Alumen ex Ilva Tyri benè insula advectum, quodque manibus ductum lentescit, antea ad me miserat clarissimus medicus Lucas Gbinus. Pliniana descriptioni notis omnibus respondens, adeoque adstringens, ut nunquam meminerim medicamentum aliquod degustasse, quod gustui tantum adstrictionis relinqueret. Porro quod rotundum Græci vocant, tamen si non desint, qui sibi persuadeant, id esse quod officina à sacchari effigie zucharinum appellant, ex crudo alumine rupeo, ovorum albo & siliatitia rosatum aqua paratum: cum tamen non inveniatur rupeum veteribus cognitum fuisse, cur eorum iudicio subscribam non habeo præsertim quod legitimum nunc apud me sit. Quod præterea Catinum appellant, (hoc quoque, sal Alkali quidam vocant) ex cuiusdam plantæ cinere, Chali Mauritanis vocata, conficitur ad vitra in fornacibus expurganda. Plantam hanc nos vulgò vocamus Soda. Provenit hæc (ut alibi scripsimus) in litoribus maris, salso admodum sapore. Caterum quod ex vini sace paratur, sit conformatis è sace panibus, deinde sole siccatis, & igne tam diu perustis, quousque candorem conceperint. Postremo Squamosum (sic enim voco alumen illud, quod vulgò dicitur Alume scagliola) ex squamoso quodam sit lapide, & vitri modo pellucido, qui nonnullis specularis appellatur, quod fortasse selenitis modo speculi præbeat effigiem: nos Asini speculum dicimus. Hunc itaque, in ignem conjiciunt, aut ferri laminis igne candentibus superimponunt. Incensus enim illico claritatem deperdit, dissilitque, in tenuissimas laminas, & gypsi modo albescit, ejusque, induit speciem. Quamobrem maxime falluntur, qui sibi persuadent, inter lapidem specularum, & Talcum vocatum nullam intercedere differentiam. Quippe (ut mihi quidem experientia compertum est) non sine magno labore, & flagrantissimo fornacis igne, Talcum inuri potest. Specularis lapidis pulvis nondum ignem experti, miris laudibus quibusdam effertur ad dy-sentericos, in vino austero potus: exustum enim non probaverim, quod gypsi speciei inducitur, sumentes stranguet. Aluminum vires paucis perstrinxit Gal. lib. 9. simpl. med. sic inquit: Sypteria huius medicamenti nomen ab adstrictione deductum est: nam adest illi vehementissima. Caterum cum sit crassarum partium, tenuior quodammodo est aliis aluminum generibus, quod vocatur schiste, hoc est fossilis: proxima est strongile, id est rotunda, & astragalote. Admodum autem crassa est tum liquida, tum placites, & plinthites appellata. Et lib. 4. de compositione medic. secundum genera, idem ait. Omnes aluminis differentie ulcera satè exiccant generosè adstringentes: quæ nemo solis ibi ad ulcera utatur: hæc Galenus. Sed non desunt, qui Dioscoridem secuti, alumen omne non parum excalscere opinentur: contra verò qui contendunt id omnino esse falsum, potius frigescere ipsum existimantes, Galeni auctoritate freti: quippe qui lib. 4. simpl. medic. scripserit, omnia quæ adstrictoria sunt facultate, esse frigida, ac terrestria. Veruntamen si rectè diligenterque expendantur aluminum quorumcumque effectus, & facultates, quibus in corpus nostrum agunt, nemo quidem inficiare poterit, quin aluminis omne genus non obscure excalsfaciat, quemadmodum chalcanthum, chalcitis, & mysi: quæ cum valenter adstringant, non tamen refrigerant, sed maxime excalsfaciunt, ut idem testatur Galenus libro 1. de simplicium medicamentorum facultatibus, dum inquit: Quin verò & Asclepiades Metrodorus tanquam illum etiam superare contenderet, afferendus de sensu mendacis, cum alia quedam, tum resinam, & bitumen excalsfacere nos denegat, atque adstringentia omnia refrigerare dicitur, cum si nihil aliud saltem chalcitis, chalcanthos, & mysi, quæ valenter adstringunt, tantam affecuta sint caliditatem, ut nos etiam exurant. Nihil est ergo mirandum, si prolixa quadam nugentur, seipsoque nonnulli fallant, cum de manifestis apparentibus verum fateri non audent. Et lib. 4. de compositione medicamentorum per genera cap. 1. illud idem affirmavit his verbis: Porro diphryges appellatum pharmacum, ulceribus egregè humiditatis vitio ad cicatricem venientibus aptissimum est: valde namque siccatur, etsi modicè mordeat. Enim verò id quoque præter acrem

Alumen
liquidum
ut fiat ex
Plinio.

Alumina
cognita.

Alumen
rotundum.

Alumen
Catinum
est sal Al-
kali.

Alumen
squamo-
sum ut
fiat.

Talcum.

Alumini
vires ex
Gal.

Alumen
omne ex-
calsfacere.

10

20

30

40

50

60

sum

tum qualitatem, tum potentiam vim habet adstrictoriam, quas tamen ambas fortiores, & chalcitis cruda, & chalcantimum representat. Quin & alumen quodlibet ulcera satis exiccat generose adstringens. Ex quibus locis citatis palam est, etsi Galenus lib. 4. de simplicium medicamentorum facultatibus, scribit omnia adstringentia esse frigida, non tamen eum inter ea recepsisse chalcantimum, chalcitin, mysi, diphryga, eruginem, & alia quadam, ut alumen omne genus: praesertim quod facile compertum habeam, aluminis cujuscumq; stillatitiam aquam, maxime rupei, non modo carnem exedere, sed etiam metalla. Alumen quod Latinis, *συνλογία* Gracis appellatur: Arabibus, *Sceb*, sive *Seb*: Italis, *Alume*: Germanis, *Nomina*. *Alum* & *Alaun*: Hispanis: *Alumbre*.

Θέον.

SULPHUR.

CAP. LXXXIII.

¹⁰ Sulphur optimum existimatur vivum, quod apyron vocant, nitedulae modo splendidum, perlucens, sminime lapidosum. Probatum in genere sulphuris ignem experti, quod viret, ac praepingue spectatur. Plurimum in Melo, & Lipara gignitur. Supradictum sulphur calfacit, discutit, & celeriter concoquit. Prodest tussibus, suspiriosis, purulenta extussientibus in ovo sumptum, aut suffitum: praeterea partus usti nidore extrahit. Lepras, lichenas, scabros ungues, cum resina terebinthina mistum aufert: cum aceto vero, draconis marini, scorpionisq; plagas sanat. Pruritus toto corpore erumpentes, cum nitro detersum sedat: regium morbum emendat, inspersum fronti cochlearis mensura, aut in forbili ovo sumptum. Facit ad gravedinem, & destillationes: sudores quoq; conspersum inhibet, podagricis cum aqua & nitro illitum, conducit: gravitatem auditus, suffiti nidore raptim per fistulam hausto, sanat. Le-
²⁰ thargicos suffitu excitat: erumpentem undecumque sanguinem sistit. Contusis auribus, cum vino
† & melle illitum, medetur.

† Cat. ad.
xviij. σμύδα
sq. i. &
Myrrha.

Sulphur tam sponte & per se nascens, quod vivum appellant, quam arte in fornacibus factum, frequentissimum habetur in Italia: sed non omnibus unus tantum color: quippe aliud viride, aliud luteum, aliud cinereum, aliud pallidum spectatur. Quod autem sponte sit, vivum appellatum, exterius colore est subcinereo, interius vero cum frangitur, subluteo, nitedula modo splendens, ut Dioscorides inquit: iisdemq; oritur locis, ubi factitii vena foditur. Est autem Sulphur fossitum medicamentum e pingui quadam terra substantia prognatum, ut in compluribus visitur locis, quae impense calida sit, & sicca: adeo ut a chymistarum authoribus igni natura simile Sulphur dicatur. Vocant id in masculinum semen, & primum natura agens ad omnia metalla procreanda. Cum autem calidum sit, & siccum, quinetiam pingue (ut diuturna constat experientia) maximam cum igne trahit cognationem: siquidem non flammam ignem modo, sed prunis quoq; admotum, statim accenditur, nec unquam accensum extinguitur, quousq; pinguis, & oleosa ejus substantia in universum igne absumatur. Verum enim vero etsi praeseferat Sulphur temperamentum non obscure calidum, & siccum, non tamen credendum fuerit tam puram sinceramq; id esse materiam, ut per se tantum consistere queat: neq; etiam cogitandum, ei non esse necessarium, ut sibi humiditatem asciat, qua formam congruam suscipiat, quemadmodum mista qualibet exposcunt. Id enim nobis indicat ejus velocissima, ac facillima diffusio, cum statim igni admotum colliquescat, met aliorum modo. Foditur aperto undiq; caelo, non autem in cuniculis, & subterraneis specubus. In his namq; tum vehementi calore, tum fortissimo terra halitu, fossiores illico deperirent. Porro effossa Sulphuris vena, fistilibus quibusdam magnis imponitur Romanis hydris non ab similibus, longo ab ore dependente rostro intus vacuo, ac in humum spectante, vitrei pilei instar, quo stillatitia aqua conficiuntur. Hu itaq; fistilibus sulphurea vena repletis, fistilibus pariter operculis ad id diligenter constatis, conteguntur, stipanturq; tenacissimo luto, creta, & equino stercore composito, ne tantillum quidem exspirare possit sulphureus vapor. His peractis in fornacem crates duas ferreas intus habentem fistilia deferuntur, & in superiorem cratem firmantur, eodem luto undiq; stipata, adeo ut ignis flamma, qui infima accenditur crate sub fistilium fundo, nullo pacto in sublime ferri possit. Ad hac fistilium rostrum in aliud vacuum fistile inferunt, per quoddam in latere orificium, & eadem creta quam diligentissime circumlinunt obducuntq; maxime. Demum ignem succendunt sub fistilium fundo, cujus vi depuratum Sulphur in sublime fistilium fertur & per rostri concavitatem in vacuum sibi adnexum descendit receptaculum: a quo tandem fluens eximitur, aperto in fundo foramine, & aliis vasis excipitur, ubi in magnos coit globos. Hac sane ratione Sulphur fieri conspeximus in agro nostro Senensi, in montibus non longe a balneo divi Philippi & in maritimis apud Petriolum. Sulphuris vires memoria prodidit Galenus libro 9. simplicium medicamentorum, sic inquires: Sulphur omne
⁴⁰ triabendi vim possidet, estq; temperamenti calidi, atq; essentiae tenuis, adeo ut ad multa venenatorum animalium resistat. Siquidem ego adversus pastinacam marinam, & draconem saepenumero eo sum usus, & cum id piscatores quosdam docuissim, reverso post aliquantum temporis magnifice medicamentum hoc commendarunt. Usus ejus est, ut & siccum
⁵⁰ idui inspergatur medicamentum, & cum saliva mistum: nam cum & hoc excogitasset, ab experientia comprobari reperi. Sed & urina maceratum idem esse certum excogitavi. Dotebam enim piscatores medicamenta maxime parabilia, dixiq; pulchre illos & cum oleo veteri, & melle, & resina terebinthina usus. Et sane horum omnium experientia iudicium praestitit. Quin & psoras, & lichenas, & lepras, non raro hoc medicamento cum resina terebinthina sauci. Extergit enim omnes id genus affectus, absq; ut in profundum repellat, cum alia multa medicamenta, quae illos curant, mistam habeant potentiam, nempe ut digerant pariter & repercutiant. Praeterea, ut idem Galenus inquit lib. 6. cap. 2. de comp. medic. per genera, in compositione emplastri *δυσούδα*, Sulphur tanto calore praeditum est, ut ubi diutius inhereat, procul dubio exulceret. Sulphur sive Sulfur Latinis dictum, Gracis *θεόν* appellatur: Arabibus, *Cribit*, & *Rabrie*: Italis, *Solfo*: Germanis, *Schwefel*, & *Lebendiger Schwefel*: Hispanis, *Piedra azufre*.

Sulphuris
confid.Sulphus
fossitum.Sulphuris
faciendi
ratio.Sulphuris
vires ex
Gal.

Nomina.

κλόνειος.

PUMEX.

CAP. LXXXIV.

Pumicis probatio, ut magnopere levis, spongiosus, scissilis, nec arenosus, item teri facilis, † & candidus. Crematur flagrantissimis carbonib. obrutus, & ubi canduerit, extractus, vino restinguitur odorato: iterumq; incensus, restinguitur: & tertia usione exemptus, & a per se refrigeratus, ad usus coditur. Vis ejus adstringere, gingivas abstergere, purgat cum calfactione, quae pupillis caliginem offundunt: explet ulcera, & ad cicatricem perducit: excrecentia cohibet. Fit ex farina ejus dentifricium, Corpori crusta
L III obducit;

† καλίστην
πύμα, i. co-
nuit.
a Meum
ἰσχυρὸς ἵα-
σος φρυγῆ-
my. i. per
le refri-
geratum,

obducit: avellendis capillis aptus. Theophrastus author est, si quisquam in bullientem urceum vini pumicem injecerit, fervorem statim sedari.

Pumicis
confid.

Pumicis
vires ex
Gal.

Nomina.

Pumicem ambustum esse lapidem in montium concavitatibus, omnes ferè fatentur natura operum exploratores. Ob id enim pumices saepius eructat mons Aetna in Sicilia, & in Campania Vesuvius, qui hoc tempore, annis nuper elapsis, non secus quam Plinii aetate, ingentibus flammis exarsit, cum magno Puteolorum, & adjacentium locorum detrimento, igne in terra visceribus genito, è sulphureis vaporibus, & bitumine, quo quàmplurimi referti sunt montes, eosq; praesertim, quod Græci pissasphaltum dicunt. Pumicis vires duobus locis reddidit Galenus lib. 9. simpl. medicamentorum, ubi de eo primum ita scribit. Si pumex inter lapides recenseri potest, & ipse ejusdem est facultatis, quod certè ad abstersionem attinet, velut etiam sigulina testa, ac multò magis ea, quæ fornacium est. Sed smiris acrimonia quiddam obtinet: proinde causticus, & desiccantibus facultatibus quidam ipsum miscet, eisq; quæ curant gingivas laxas, ac mollitie fluidas. Pumex autem si comburatur, haud erit inferior eosdem ad usus smiri. Secundo autem loco idem de pumice differt his verbis. Pumicem si inter metalla recenscas, calumniabuntur, quibus animus prurit accusandi libidine: et si inter lapides ponas, lapidem esse regabunt: ac multo minus terram esse concedent, nec marinorum haberi quodpiam. Atqui alicubi tamen de illo dicendum est: quippe qui in sarcotica indatur medicamenta, & ea quæ dentes extergunt, partim ustionem non expertus, partim etiam ustus, quando videlicet aliis omnibus combustis similiter substantia efficitur tenuioris. Caterum ustione quiddam acquirit acrimonia, quam rursus lotionem exuit. Videri autem poterit splendorem conciliare non tantum facultate, sed etiam asperitate, velut etiam si smirin, aut testam, aut hoc genus quippiam tritum admoveas. Quæ certè & ipsa splendorem asserunt, sortè utroq; tum quia detergendi habeant facultatem, tum quia asperitatem. Eundem in modum cornua densa dentes splendidi efficiunt. Pumex qui Latinis, Græcis νιός, vocatur: Arabibus, Fanech: Italiis, Pomice: Germanis, Bims. Hispanis, Piedra pomez.

Αλε.

SAL.

CAP. LXXXV.

Salis fossilis efficacior est communiter, si est candidus, calculis vacans, & perspicuus, densus æquali compage. Peculiariter Ammoniacus natione laudatur, si modò findi facile possit, & in recta segmента diduci. In marino sale eligendus est candidus, æqualis, densus. Probatissimus in Cypro fit, & Salamine Cypri, & Megaris, in Sicilia, & Aphrica. Sed inter dicta salis genera lacustris præfertur: sed multò validissimus est Phrygius nomine tapeus, aut tritæus, aut gantæus. Salis natura in commune perquam utilis est: adstringit, absterget, expurgat, dissipat, reprimat, extenuat, & crustas inducit: sed hoc interest, quòd alius alio sit præstantior. Quin & à putredine vindicat. Admiscetur medicamentis pforas abstergentibus, excrecentia in oculis reprimat, & prerygia consumit, cæterasq; carnis extuberationes tollit. Clysteribus infunditur: discutit lassitudines ex oleo illitus. Contra hydropicorum tumores auxiliatur: dolores in facie foris mitigat: & pruritus sedat, ex oleo & aceto infriktus ad ignem, donec sudent: item lichenas, lepras, pforasq;. Anginam ex melle, aceto, & oleo illitus levat: tonsillis, uvæq; cum melle totus. Ulceribus in ore manantibus, gingivis, quas humor vexat, & phagedænis ulcerum, cum polenta crematus illinitur. Adversus scorpionum ictus cum lini semine: contra serpentium morsus, cum origano, melle, hyssopo: adversus cæstem cum pice, aut cedria, aut melle auxiliatur: contra scolopendræ morsus, cum melle, & aceto: adversus vesparum ictus, & terebrines, albidasq; capitis pustulas, thymos, & tubercula, cum sevo vitulino: furunculos, cum uva passa, aut suillo adipe aut melle discutit: testium tumores, origano & fermento maturius concoquit. Crocodilorum moribus auxiliatur, tritus in linteo-
lo, & intinctus aceto, ita ut vinculis loca constringantur. Prodest ad bestiarum morsus & ad sugillationes in facie ex melle: contra haustum opium, & fungos, cum aceto mulso bibitur. Luxatis imponitur cum farina, & melle: ambustis igni cum oleo impositus, pustulas erumpere non patitur. Podagricis iridem imponitur, & aurium doloribus, cum aceto: ignes sacros, & ulcera, quæ serpunt, cum aceto, aut hyssopo illitus sistit. Uritur fictili, diligenter opertus, ne exiliat, conditusq; prunis, usquedum effervescat. Aliqui fossilem subacto polline obliniunt, & carbonibus subjiciunt, usquedum ejus crusta exuratur. Solet & sal communis hoc modo uri. Aqua semel abluitur, & siccatus in ollam coopertam mittitur subdito igne, moveturq; donec jam non exiliat.

Αλὸς ἄλυσ.

SALIS SPUMA.

CAP. LXXXVI.

50

Spuma salis spumosi maris lanugo, sive ramentum est, in exilibus petris inventum: cui viscadem, quæ salis.

Αλμυ.

MURIA.

CAP. LXXXVII.

Muria effectus salis præbet, abstergitq; dysentericis infunditur, etiam si nome intestina corripit: & ischiadicis veteribus. Ad forus, aquæ marinæ usum præstat.

Αλὸς ἄνθος.

FLOS SALIS.

CAP. LXXXVIII.

60

Flos salis flumine Nilo defluit: lacubus tamen quibusdam innatat. Assumendus qui crocei coloris est, odore ingrato, ceu gari: interdum longè magis virus olet, gustuq; mordacior, & pinguius lentus. Fucatus autem rubrica, aut scrupulosus, improbatur. Præterea syncerus non nisi oleo resolvitur: adulteratus nonnulla ex parte, etiam aqua, diluente factitium colorem. Ad ulcera, quæ cacoethe vocantur, & phagedænas, genitalium nomas, & purulentas aures, efficax est: oculorum hebetudines, cicatrices, albuginesq; tollit. Emplastris, unguentisq; coloris causa, ut rosaceo, miscetur. Sudorem cit, alvum turbat, in vino aut aqua sumptus: stomachum malè habet. Additur acopis, & smegmatis, quæ albandi capilli gratia componuntur. Et in univèrsu acris est, & ferventis naturæ, ut sal.

Sal,

SAL, quo frequentissime in omnibus ferè cibis utimur, & sine quo vivere nescimus, quo item ad annos asservantur carnes, pisces, aliq, complura, nulli sanè non cognitus est. Plures tamen in salis genere sunt differentie: quandoquidem præter marinum, fluviatilis, lacustre, fossilisq, reperitur. Marino utitur universa ferè Italia, exceptis Calabria, qui fossito quam pulcherrimo abundant, quo etiam utitur universa Pannonia. In Germania hauritur è salis quibusdam fontibus, quorum aqua diu ignium vi excocta in salem cogitur. Fossitum quod crystalli modo pellucidum est, officina Arabas secuta salem gemma vocant. Huius fodinas vidimus apud Calabros agentes, loco, qui vulgò dicitur Altomonte, ubi lapidum modo exciditur. Atqui non omnis sal fossilis pellucidus est: siquidem qui foditur Halis in comitatu Tyrolensi, lapidis marmorei faciem præ se ferre videtur, colore ad rufum inclinante. Calabrus autem in ignem coniectus, præter cæterorum naturam nec dissilit, nec crepitat, sed ut ferrum ignescit. Lacustrem hæcenus non vidimus, ne fluviatilem: quanquam Plin. l. 31. c. 7. tradit plures haberi lacus, ac fluvios, qui salem copiosum reddunt, ut ejus verba, quæ subjiciam, aperte testantur. Sal omnis, inquit, aut sit, aut gignitur. Utrumq, pluribus modis, sed causa gemina, coacto humore, aut siccatō. Siccat in lacu Tarentino asivis solibus, totumq, stagnum in salem abit, modicum aliocum, altitudine genua non excedens. Item in Sicilia in Lacu, qui Cocanicus vocatur, & alio juxta Gelam. Horum extremitates tantum inarescunt, sicut in Phrygia, Cappadocia, Aspendi, ubi largius coquitur, & usq, ad medium lacum. Aliud etiam in eo mirabile, quod tantumdem noctu subvenit, quantum die auferas. Omnis est talis sal minutus, atq, non gleba est. Sunt etiam naturales differentie tres. Namq, in Bactris duo lacus vasti, alter ad Scythas versus, alter ad Arios, sale asivum, sicut ad Cistum in Cypro. & circa Memphin, extrahunt lacu, deinde sole siccant. Sed & summa fluminum densantur in salem, amne reliquo veluti sub gelu fluente, ut apud Caspiæ portas, quæ salis flumina appellantur. Item circa Mardos, & Armenios. Præterea apud Bactros amnis Ochus, & Oxus ex appositis montibus deferunt salisamenta. Sunt & in Aphrica lacus, & quidem turbidi, salem ferentes. Ferunt quidem & calidi fontes, sicut Pagasæi. Et hæcenus habent se genera ex aquis sponte provenientia. Sunt & montes nativi salis, ut Indus Oromenus, in quo lapicidarum modo caditur renascens, majusq, regum vestigial ex eo est, quam ex auro & margaritis. Effoditur & è terra, ut palam est, humore densato, in Cappadocia. Ibi quidem caditur specularium lapidum modo. Pondus magnum glebis, quas micæ vulgus appellat. Carrhis Arabie oppido, muros domosq, massis salis faciunt, aqua ferruminantes. Invenit & juxta Pelusium Ptolomæus rex cum castra faceret. Quo exempto post ea inter Aegyptum, & Arabiam etiam squalentibus locis cæptus est inveniri, deactis arenis: qualiter & per Aphricæ fientia, usq, ad Ammonis oraculum. Is quidem crescens cum luna noctibus. Nam Cyrenaici tractus nobilitantur Ammoniacis, & ipso, quia sub arenis invenitur, appellato. Similis est colore alumini, quod schiston vocant, longis glebis, neq, per lucidis, ingratis sapore, sed medicina utilis. Hæcenus de sale Plinius. Cæterum Ammoniacus Sal, qui legitimus sit, ad nos convehi desit, quippe factitius, adulterinusq, est, qui passim in seplasiarum officinis venditur, nigricantibus exterius glebis. Non desunt tamen qui credant constari hunc ex camelorum urinis, artificio quodam concretis. Sed cur his ad stipulari debeam, non video, cum neminem habeant, cujus fide id comprobare possint. Atqui non tamen id omnino negaverim, cum Venetias ex orientali plaga afferatur, ubi magnus camelorum est numerus. Seplasiarum, pariterq, chymistæ Sal Armeniacum appellant, quod fortasse existiment ex Armenia adferri, ubi innumeri sunt camelorum greges. Sed isti, mea quidem sententia hallucinantur. Serapio (Isach Arabici testimonio) scribit Salem Ammoniacum fieri è lapidibus durissimis, & translucidis. Sed & is fallitur, meo judicio: siquidem Ammoniaci nomen non aliunde sibi comparavit, quam ab arena, quæ & Græcis dicitur, sub qua in laminas concretus, invenitur in Cyrenaica regione. Venit præterea in medicorum usum Sal, quem Arabes Alchali cognominant, item Alumen catinum, de quo superius in alumine diximus. Sal autem Indus appellatus (ut li. 2. retulimus) nil aliud antiquis extitit, quam saccharum in sacchariferis arundinibus in India gummi modo, concretum, cujus nunc loco utimur supposititio, quod seplasia zuecharum candidum vocant. Veruntamen animadvertendum est, quod quanquam Paulus, & Avicenna eum fortasse secutus, concretum natura saccharum salem Indum appellant, non tamen fuerit putandum, quod Indi legitimum salem non habeant. Quandoquidem (ut Plinius est auctor) in Oromeno India monte lapicidarum modo foditur ingentibus glebis: proinde dicebat Mesues de sale scribens, Naphibicum, & Indicum cæteros sales præcellere. Quod autem Salnitrum vocant, tormentorum bellicorum pulveribus expetitum, vulgaris notitia est, de quo tamen latius sequenti capite sermonem faciemus. Cæterum salis spumam pluries legi quibusdam in scopulis Tyrrheni maris. Cum enim procella exoritur, intumescitq, pelagus, spumantes aqua in altum sublata, scopulorum cavitates replent: quo fit, ut ibi sub dio remanentes solibus, & rore, asivis caloribus, in salem album concrecant. Muria porro, quæ innumera asservantur edulia, nota omnibus res est, ut quæ sale tantum, & aqua conficiatur. Sed quidnam veteribus flos salis fuerit, decernere non ausim, neq, plura quod scribam habeo, quam quæ a Dioscoride produntur. Ejus tamen meminuit Plinius loco supra citato, sic inquitens. Salinarum synceritas summam sacri suam differentiam: quædam enim favilla salis, quæ levissima ex eo est, & candidissima flos salis appellatur. Et flos quidem salis, in totum diversa res, humidiorisq, nature, & crocei coloris, aut rufi, veluti rubigo salis. Odore quoq, ingrato, ceugari, dissentiens à sale, non modò à spuma. In Aegypto invenitur, videturq, Nilo deferri: & fontibus tamen quibusdam innat. Optimum ex eo, quod olei quandam pinguitudinem reddit, hæc Plinius. Porro color rufus rubiginis instar pictoribus expetit. & Germania salinis advectus, qui fortasse flos ipse salis fuerit: nam colore, & sapore illi non obscure respondet, vulgò appellant Morello di sale. Verum: cur hoc non planè affirmem, illud mihi obstare video, quod color is non sit liquidus, neq, oleosus, sed aridus: quare potius inclinatur animus, ut ipsum credam esse salis rubiginem, de qua ex Plinio paulò ante mentionem fecimus. Fuchsius, in libro de compositione medicamentorum, quem auctum secundo edidit, nihil aliud esse putat florem salis, qui Dioscoridi & λός αἰός dicitur, quam balenarum semen, quod Germanis medicorum officinis Sperma ceti nominatur. Quæ in re fortasse secutus est sententiam Georgii Agricola rei metallica acerrimi indagatoris. Sed ut cumq, sit, non equidem possum horum quamvis eruditorum virorum judicio omnino subscribere, nam plura sunt, quæ in eo censendo mihi repugnant. Primum enim est color, quem in spermate Ceti vocato nusquam croceum, neq, rufum, ut salu flori inesse testantur omnes, videre mihi licuit. Dein mihi videtur hoc medicamentum adeo liquidum, ut Galenus, Aetius & Plinius, & præsertim cum scribat ipsemet Plinius salis florem in fictilibus contineri oportere ne effundatur, quod sanè perinde, ac oleum sit liquidum annuere conspiciuntur. Præterea si gustum consulamus, difficile quis asseverabit, esse ipso sale usto tenuius. Postremò cum Dioscoridi, & Plinio in Nilo flumine, & lacubus quibusdam tantum is invenitur, nec usquam in mari, nec in maritimis paludibus reperiri salis florem meminerint, ubi sperma Ceti hoc avo colligitur, non ita facile adduci possum ad credendum, illud florem esse salis legitimum. Dicam quoq, quod ad maligna ulcera sananda ea sunt præstan-

Salis
omnis
generis
coolid.Sal gem-
ma fossi-
tium.Sal lacu-
stre ex
Plinio.Sal ex
fluminibus.Sal am-
monia-
cus.Sal Indus
est sac-
charum.Salis spu-
ma.

Flos salis.

Salis ru-
bigo.Fuch. opti-
mo im-
probata
florem
salis Sper-
ma ceti
credetis.

Salis vi-
res ex
Gal.

præstantissima medicamenta, quæ valenter abstergunt, & desiccant, non sanè ea quæ humidam, & olei modo pinguem substantiam habent, perinde ac sperma ceti vocatum. Tamen ne videar à Fuchio, & à cæteris, qui ejus sequuti sunt opinionem, contumaciter dissentire, velim ut aliorum quoque sit judicium. Salis autem meminit idem Galenus tum inter fossilia medicamenta, tum etiam inter ea, quæ in mari nascuntur lib. 9. & 11. simpl. medicamentorum, sic inquit. Sal ejusdem genere facultatis est, siue fossilis sit, siue marinus: verum hoc differunt, quod salis è terra effossi substantia magis sit compacta: ac proinde in hoc major est & partium crassities, & adstringendi potentia. Itaque, marinus affusa ipsi aqua protinus liquefit, at fossili hoc non evenit. Porro ejusdem speciei cum marino est, qui in stagnis quibusdam salsedinem habentibus nascitur, æstate videlicet aquis est ex iis absumptis, cujusmodi est Tragasia non procul à Smythio. Confluit enim illuc ante aquas spontaneas, quæ admodum sunt calidæ, copiosa aqua stagnans, non amplo in loco: & ea æstate omnis absumitur, à sole videlicet arefacta. Porro quoniam locus ipse salsedinem nativam continet, quod reliquum est ejus omne, sal est, cognominationem à loco pariter & aquis sortitum. Nam spontanea & ipse illis in locis aqua Tragasia nuncupantur, potentia summè exiccatoria: & sanè, qui in ea regione sunt medici, ad hos illas accommodant. Porro dictum est & de Sodomis in mari mortuo provenientibus in quarto libro, quem si quis librum diligenter perlegerit, illi tantum refrigerare memoriam nunc opus est, ut exposita gustus qualitate, ipse medicamenti facultatem cognoscatur. Igitur cum qualitas salsa digeratur simul & contrahat contrariam ab ipsa substantiam, vocatum aphronitron in hoc differt, quod in ipso unum modo saporem exuperantem expressè sit videre, quem vocant amarum, vim habentem digerendi, haud etiam contrahendi, ut Sal. Nam hic quicquid in corporibus humidum inest, id totum quodammodo absumit: & quod reliquum est substantiæ solidæ, adstrictione contrahit: ac proinde etiam conditura sua corpora siccat, & à putredine tuetur. Quippe quæ putrescunt, excrementitium continent humorem, substantiamque, tum dissolutam, tum minimè compactam. Quibus ergo corporibus nulla prorsus est humiditas superflua, seu melli optima, & corpus solidum & compactum est, seu lapideum, ea, ut putrescant est impossibile: ac proinde in his salis non probatur usus, verum in iis, in quibus suspecta est putredo. Spumosa autem salis efflorescentia multò tenuioris naturæ est, quàm sal ipse: quare & extenuare, & digerere multò plus ipso potest: verum quod substantiæ est reliquum, contrahere ut sal nequit. Cæterum flos salis medicamentum liquidum est, tenuius etiam quam sal ustus: tum acris qualitatis, & admodum digerentis facultatis: hæcenus de sale Galenus. Sal Latinus, ἰαλὴ Græcis appellatur: Arabibus, Melech, seu Melha: Itali, Sale: Germani, Salz: Galli, Sel: Hispani, Sal.

Nomina

Nitron, & ἰαλὴ.

NITRUM, SPUMA NITRI.

CAP. LXXXIX.

a Or. vi.
cap. i. in
fulis.

PRæfertur Nitrum leve, roseo colore, aut candido, in foramina dehiscens, perinde quasi spongiosum quiddam, quale ex a Bunis adfertur. Humores evocat, qui in alto concreverunt. Spuma nitri optima esse putatur levissima, glebosa, friabilis, colore penè purpureo, aut spumosa, & mordens, qualis ex Philadelphia Lydiæ defertur: secunda est Ægyptia: quin & in Magnesia Cariæ gignitur. Vim & uctionem salis habet, tam nitrum, quàm spuma ejus. Præterea nitrum tormina sedat, si tritum cum cumino bibatur in hydromelite, aut sapa, aut aliquibus, quæ inflationes discutere possunt, uti ruta, vel anetho. Febribus circuitu redeuntibus illinitur, ante suspectam accessionem. Miscetur emplastris, quæ extrahunt, & discutunt, extenuant, & lepras abstergunt. Cum aqua autem calida, aut vino infusum, inflationes, purulentas aures, & sonitus earundem sanat: fordes expurgat, cum aceto instillatum. Canum moribus ex b asinino adipe, aut suillo medetur: resinæ terebinthinæ admistum furunculos aperit: aquæ inter cistem cum fico illinitur: oculis ad claritatem visus cum melle succurrit: & venenis fungorum, ex posca potum: aut si buprestis momorderit, ex aqua: iis verò qui taurinum sanguinem biberint, ex laserpicio: iisque qui cibum non sentiunt, utiliter obducitur: opisthotonisque jam remissioribus, & luxatis cum cerato: in linguæ resolutione, pani commode permiscetur. Aliqui supradicta carbonibus urunt, subiecta prius testa nova, donec incandescant.

b Me. ai.
yôp. i.
capitolo.

Nitri, &
spumæ
nitri
confid.
Nitrum
ut confi-
ciatur ex
Plinio: &
non esse
nostrum sal
nitrum.

Nitrum, & nitri spuma, quorum antiquis maximus fuit in medicamentis usus, diu sanè est, quod ad nos convehi desierunt. Proinde hallucinantur, mea quidem sententia, qui putant salnitrum vocatum, quo ad tormentorum bellicorum pulveres utuntur, & ad fortissimas aquas conficiendas, quibus argentarii fabri aurum ab argento separant, verum ac legitimum esse nitrum, cujus meminere Theophrastus, Dioscorides, Galenus, Plinius & antiquorum alii. Siquidem id manifestè demonstrat Plinius lib. 31. c. 10. ubi de nitro ita scriptum reliquit. Non est differenda & nitri natura, non multum à Nitro, & sale distans, & edò diligentius dicenda, quia palam est medicos, qui de eo scripsere, ignorasse naturam, nec quenquam Theophrasto diligentius tradidisse. Exiguum fit apud Medos, canescentibus siccitate convallibus, quod vocant balmirhaga. Minus etiam in Thracia juxta Philippos, sordidum terra, quod appellant agrium. Nam quercu cremata, nunquam multum faciliatatum est, & jampridem in totum omissum. Aquæ verò nitrosa pluribus locis reperitur: sed sine viribus densandi. Optimum copiosumque, in Clytis Macedonia, quod vocant calastrium, candidum, purumque, proximum sali. Lacus est nitrosus exiliens è medio dulci fonticulo. Ibi fit nitrum circa Canis ortum novenis diebus, totidemque, cessat, ac rursus innarat, & deinde cessat. Quo apparet soli naturam esse, quæ gignat: quoniam comperitum est, nec soles proficere quicquam, cum cesser, nec imbres. Mirum est & illud, scatebra fonticuli semper emicante, lacum nec augeri, nec effluere. Iis autem diebus, quibus gignitur, si fuere imbres, falsius nitrum faciunt, aquilones deterius, quia validius commovent limum. Et hic quidem nascitur. In Ægypto autem conficitur multò abundantius, sed deterius: nam fuscum, lapidosumque, est. Fit penè eodem modo, quo sal, nisi quod salinis mare insundunt, Nilum autem nitrariis. Excedente Nilo siccantur, decedente madent succo nitri quadraginta diebus continuis, non (ut in Macedonia) statim. Si autem imbres adfuerint, minus de flumine addunt, statimque, ut densari est captum, rapitur, ne resolvatur in nitrariis. Sic quoque olei natura intervenit. Ad scabiem animalium utilis. Ipsum autem conditum in acervis durat. Mirum in lacu Ascamio, & quibusdam circa Chalcida fontibus, summas aquas dulces esse potarique, inferiores nitrosas. In nitro optimum, quod tenuissimum, & ideo spuma melior. Ad aliqua tantum sordidum, tanquam ad insciendas purpuræ, tincturasque, omnes, Magnus & nitro vsus, qui dicitur suo loco. Nitraria egregia Ægyptiis, nam circa Naucraticum, & Memphin tantum solbant esse. Circa Memphin deteriores: nam & lapidescit ibi in acervis, multi sunt tumuli ea de causa saxei. Faciunt ex iis vasa. Necnon frequenter liquatum cum sulphure coquentes in carbonibus. Ad ea quoque, quæ inveterari volunt, illo nitro utuntur.

Sunt

Sunt ibi nitraria, in quibus & rufum exit à colore terra. Spumam nitri, quæ maximè laudatur, antiqui negabant fieri, nisi cum ros cecidisset, prægnantibus nitrariis, sed nondum parientibus. Itaq; non fieri incitatis, etiam si caderet. Alii opemimentorum fermento gigni existimaverunt. Proxima atas medicorum Aphronitrum tradidit in Asia colligi in speluncis mollibus distillans, specus eos calycas vocant: dein sole siccant. Optimum putant Lydium. Probatio, ut sit minimè ponderosum, & maximè friabile, colore penè purpureo, hoc in patellis affertur, Aegyptium in vasis picatis, ne liquecat. Vasa quoque ea sole inarescentia perficiuntur. Nitri probatio, ut sit tenuissimum, & quàm maximè spongiosum, fistulosumq; adulteratur in Aegypto calce. Deprehenditur gustu: syncerum enim facillè resolvitur: adulteratum pungit. Calce aspersum, reddit humorem vehementem: hæc Plinius. Ex quibus liquidò constat, nostri usus Sal nitrum, antiquorum nitrum non esse, et si inficias eundem non sit, quin aliquas nitri habeat qualitates. Veruntamen nemini unquam persuasum velim, ut medicamentis, quæ intus in corpus sumuntur, nitri loco Salnitrum absq; noxa imponi possit. Et quamvis contrarium asserant, scriptisq; tradant Monachi illi reverendi, qui Mesuem commentati sunt, non tamen credo, hoc id prius in se ipsis expertos esse. Quod nihilominus eos facere decebat, si fraterna charitate ducti sunt, ut alius suaderent sal nitrum tutò assumi posse, cum prima charitas (quod dictum frequenter usurpant) incipiat à se ipso. Nitri legitimi frustum, quod à Gulielmo Quacelbeno Flandro Constantinopoli mihi missum est, notis omnibus genuinum refert, ut in epistolarum nostrarum libro fuimus diximus. Nitri meminit Galenus lib. 9. simpl. medicamentorum, sic inquit: Nitrum dictum est supra in medio esse aphronitri, & salis virium: ceterum ustum propius ad aphronitrum accedit, utpote exustione tenuius redditum. Desiccatur itaq; & digerit: & si intus in corpus sumatur, secatur, & extenuatur crassos lentosq; succos potentius multò quàm sal. Aphronitrum verò nisi gravis urgeat necessitas, nemo devorabit, nimirum inimicum stomacho: quandoquidem plus etiam litro incidit. Sanè ad fungos suffocantes, rusticus quidam eo uti assolet, & semper profuisse probatum est. Ceterum nitro ustò simul & non ustò, & multò etiam magis ejus spuma, & nos in talibus uti consuevimus: hæc Galenus. Qui tamen videtur in, qui codicis mendam non animadvertunt, maximam facere differentiam inter Aphrolitrum & Aphronitrum, licet hæc re diversa non sint. Nam ubi de Aphrolitro libro citato differit, vulgata exemplaria habent: ἀφρολίτρον ἀφρονίτρον ἀφρονίτρον, hoc est: Aphrolitrum ab aphronitro differt. Verum in altera dictione latet vitium, ut quæ ἀφρολίτρον, hoc est, à spuma nitri, duabus vocibus legenda sit. Ita fiet, ut Galeno non aphrolitrum ab aphronitro, sed nitrumq; à spuma nitri aptè distinguatur. Id quod & Augustinus Ricchus Lucensis, & Leonardus Fuchsius, medici atatis nostræ celebres, doctissime adnotarunt. Ceterum cum Galeno aphrolitrum, sive aphronitri spuma nitri non sit, quid aliud sit ingenuè fateor me ignorare: neq; id aliud, quod sciam, hæcenus explicavit. Quod Græci ἀφρολίτρον & ἀφρονίτρον, Latini Nitrum nominant: Mauritanii, Baurach: Itali Nitro. Quod verò Græci ἀφρολίτρον uno verbo dicitur: Arabibus, Baurach Africe: Italis, Nitro di Africa. Quæ deinde Spuma nitri Latine, ἀφρονίτρον ἢ ἀφρονίτρον Græcè vocatur: Arabicè, Aphronitrum.

Moda-
chorum
error.

Nitri, &
aphroni-
tri vitæ
cā Gal.

Nomina

30 Tg. F. X. CAP. XC.

ELigenda Fæx maximè è vino vetere, Italico: sin minus, ab alio consimili. Fæx aceti viribus longè acrior est. Crematur, ut alcyonium, antè diligenter siccata. Sunt qui nova testa igni largo urant, usquedum penitus incendatur. Alii vivis carbonibus fæcis glebam obruunt, & idem opus prosequuntur. Experimentum est legitimæ ustionis, ut aerio nitore inalbescat, linguamq; tactu urere videatur. Eadem urendæ fæcis aceti ratio. Vis ei supra modum urens, & abstergens: ulcera ad cicatricem perducit, adstringit, vehementer exest, siccaturq; sed recenti utendum est, quoniam celeriter exanimatur: proinde non nisi in reconditorio, & vase aliquo reponi debet. Lavatur ut pompholyx. Quæ ustionem experta nō est, tumores & per sese, & cum myrto cohibet: ventris stomachiq; fluxiones illita sistit: muliebri profluvium imo ventri, aut genitalibus imposita mitigat: panos discutit nondum exulceratos, & tubercula: rigentes mammas, suiq; lactis impatientes, cum aceto peruncta extinguit. Cremata verò, ungues scabros cum resina aufert. Addito lentiscino oleo, illita nocte tota, rufat capillum. Elota oculorum medicamentis, ut spodos, adjicitur: cicatrices eorum, & caligines eadem abstergit.

Fæx vini vulgaris notitia est, quin & ipsius adurenda ratio nota, iis præsertim, qui ex hac alumen, quod vocant facis, faciunt. Porro vini recrementum, quod vinarii cadis agglutinatum, crusta lapidosa instar invenitur, officinarum vocabulo Tartarum vocatum, alvum non obscure subducit. Proinde non desunt, qui sibi adstrictam alvum citent, hausto tartari pulvere ex gallinaceo jure, addito mastiches momento, & saccharo: nihil enim incommodi adfert hac ratione paratum. Additum in dejectione diluta, quæ ex sena, vel polypodii radicibus, vel epithymo parantur, vim eorum dejectionem adaugere. Sunt qui album Tartarum faciunt, diu ipsum in aqua decoquentes, atq; subinde desumantes. Tergit sic Græcè, Latine verò Fæx dicitur: Arabicè, Durd: Italicè, Feccia: Germanicè, Hefen/Weinstein: Hispanicè, Rasura de vino.

Fæcis, &
tartari
dicti cō-
sideratio
& vitæ.

Nomina

Asler. CALX VIVA. CAP. XCI.

Calx viva hoc modo fit. Marinorum buccinorum testas igni candito, aut ferventi clibano nocte dimittito: postera die, si candidissimæ fuerint, extrahito: sin aliter, iterum urito, usquedum vehementer inalbuerint. Dein ubi in aquam frigidam demersæ fuerint, in fictile novum conjicito, & exactè panis operiens, noctem unam conquiescere finito: manè eam extrahens, ubi perfectò omni opere elaborata fuerit calx, recondito. Fit & è litoralibus calculis igne crematis, necnon è vili & fusaneo marmore, quæ cæteris præfertur. Vis omni calci in commune ignea, mordens, adurens, & crustas inducens: quibusdam aliis immista, ut adipi, oleo concoquendi vim assumit, mollit, & dissipat: ulcera ad cicatricem perducit. Efficacior existimatur recens, nec aspersa aquis.

Calx, cujus passim usus ad edificiorum muros struendos, nota omnibus est. Præter hanc fit etiam privatim ad varia medicamenta è purpurarum, buccinorum, cochlearum, ostreorum, ovorumq; testis. Non desunt tamen, qui etiam eam qua fit ex calcario lapide, unguentis, & emplastris admisceant, eam primum demergentes in aquam, usquedum prorsus dissiliat, ac subinde lavantes diebus pluribus, affusa sæpius recenti aqua pluviali, vel fontana. Valet enim sic elota ad consummata